

In gente sacrâ sape teruncius  
Pauperculæ plus pondere divitis  
Argenteo: parvis suëvit  
Nam quoque pondus inesse rebus  
Vive ergo sospes semper & ipsius,  
Insigne sidus, secula Nestoris,  
Nostrum, vide, PRINCEPS, bonorum  
Quod reliquū adiicit IEHOVAH.

Illustriſſ. T. C,

Subiectissimus cliens  
Lucas Wielius Ligio-silesius.

M. HIERONYMI VIDÆ CREMO-  
NENSIS SCHACHIA

Ludus,

**D**udimus effigiem belli, simulataque veris  
Prælia, buxo acies fictas, & ludicra re-  
gna,

Vt gemini inter se reges albusq; nigerque  
Pro laude oppositi certent bicoloribus armis.

Dicite Seriades Nymphæ certaminatanta  
Carminibus prorsus vatum illibata priorum.

Nulla via est. tamen ire iuvat, quó merapit ardor,  
Inviaque audaci propero tentare iuventa.

Vos per inacceſſas rupes, & inhospita euntem  
Saxa Deæ regite, ac secretum ostendite callem.

Vos huius ludi in primis meminisse necesse est.

Vos primæ, studia hæc Italismonstratis in oris,

A 3